


ANTHOLOGIA
VRBIS ROMAE



AESTAS ROMANA SOCIETAS

MMXIX

INDEX CAPITVLORVM

AD LECTOREM	v
1. ORIGINES ROMANAE	1
2. CARCER MAMERTINUS	9
3. MONS CAPITOLINUS	11
4. CAMPUS MARTIUS	17
5. FORUM REPUBLICANUM	23
6. MONS PALATINUS	29
7. AMPHITHEATRUM FLAVIANUM	37
8. CIVITAS VATICANA	41
9. VILLA IULIA	47
10. ROMA PRSICA	49
11. MONS AVENTINUS	53
12. ROMANAE RES NOVAE	63
13. PALATIUM MAXIMUM	73
14. THERMAE DIOCLETIANAE	75
15. PALATIUM ALTEMPS	79
16. VILLA BURGHEZIA	81
17. CRYPTA CAPUCCINORUM	87
18. STATUAE LOQUENTES	91
19. BASILICA SANCTI PETRI AD VINCULA	93
20. THERMARUM DIOCLETIANARUM CIRCUMIECTA	97
21. THERMAE ANTONINANAЕ	99
22. VIA APPIA	103
23. FLORENTIAE	107
24. CASTELLUM SANCTI ANGELI	111
25. AD BERNINIANA	113
26. POMPEII	117
27. NEAPOLIS	121
28. CIRCUS MAXIMUS	125
29. IMPERIUM ANTERIUS	127
30. AD OBELISCOS	139
31. DOMUS AUREA	175
32. FORA IMPERIALIA	179
33. AD COLUMNAS	183

34.	OSTIA	187
35.	IMPERIUM POSTERIUS	191
36.	AMERICANAE RES NOVAE	197
37.	TRANTIBERIM	201
38.	BASILICA SANCTI CLEMENTIS ET CIRCUMIECTA	205
39.	ROMA MEDIAEVALIS	211
40.	AD BASILICAS	215
41.	MUSEA VATICANA	227
42.	ABBATIA MONTIS CASSINI	231
43.	ROMA RENASCENTE	235
44.	ASSISIUM	239
45.	MAUSOLEUM AUGUSTI ET ARA PACIS	245
46.	ROMA FASCISTA	249
47.	MUSEA CAPITOLINA	251
48.	APPENDIX I	255
49.	EPIGRAPHICAE LATINAE ABBREVIATIONES	269
50.	INDEX SCRIPTORUM	271

ORIGINES ROMANAE



BEDA, *COLLECTANEA* L3C7 (ED. MIGNE)

Quamdiū stat Cōlisaeus, stat et Rōma.
Quandō cadet Cōlisaeus, cadet et Rōma.
Quandō cadet Rōma, cadet et mundus.

AENEAS SILVIUS **PICCOLOMINI** (PAPA **PIUS II**), *EPIGRAMMATA* 31

Oblectat mē, Rōma, tuās spectāre ruīnās,
ex cuius lāpsū glōria prīscā patet.
Sed tuus hic populus, mūrīs dēfossa vetustīs
calcis in obsequium, marmora dūra coquit.
5 Impia tercentum sī sic gēns ēgerit annōs,
nūllum hīc indicium nōbilitātis erit.

Anglus sanctus et abbas (v. 672 – 735) qui scripsit historiam Anglicam ecclesiasticam.

Quid est Colisaeus? Alii credunt significare Amphitheatrum Flavianum, alii statuum olim Neronis (at postea Solis) quae iuxta Amphitheatrum multa per saecula stabat.

Italicus poeta et postea Pontifex (v. 1405 – 1464; r. 1458 – 1464), qui carmina multa suae vitae scripsit.

ob-lectat me = mihi placet

de-fodere -fodisse -fossium = e terra eruere
vetustus -a -um = antiquus
calx, -cis, f = lapis ex quo facta sunt aedificia
obsequium : servitium; usus
tercentum = CCC (300)
indicium : vestigium, signum

*Africanus scriptor (v. 69 – 125) vitarum
duodecim Caesarum ab Iulio Caesare usque
ad Domitianum.*

provinciale matrimonium : coniugium
cum femina ex provincia oriunda
distichon -i m = duo carminis versus
iactare = gloriari, insolenter dicere

urbanus -i m = civis urbis Romae
moechus -i m = qui adulterium committit
calvus -a -um = qui capillis eget
ef-futuere -isse -tum : perdere
mutuum -i n = pecunia debita alicui

*Gallicus epitomator qui floruit posteriori
parte saeculi quarti et scripsit res gestas
Romanorum ab Aenea usque ad Valentem
Imperatorem (r. 364 – 378).*
exordium -i n : initium, origo

partus -us m : actus pariendi/gignendi
latrocinari = praedam rapere
urbem ... constituere : urbem ... condere

civitas -atis f : urbs

finitimus -i m : vicinus; prope habitans

senectus -utis f < senex

com-parere, -ruisse, -ritum = ap-parere
tricesimus -a -um < triginta (XXX = 30)
trans-ire -isse -itum = transgredi
con-secratus -a -um : sacer factus

prod-esse prof-uisse + dat : iuvare

mos moris m : usus, institutum
consuetudo -dinis f : mos, institutum
semi-barbarus -a -um

de-scribere -ipsisse -iptum : dividere
in-finita -orum n : plura, permulta
quadagesimus < quadraginta (XL = 40)

suc-cedere : rex esse post regis mortem

C. SUETONIUS TRANQUILLUS, *VITA IULII* 51

Nē prōvinciālibus quidem mātrimōniīs abstīnuisse vel hōc
distichō appāret iactātō ā mīlitibus per triumphum:

“Urbānī, servāte uxōrēs: moechum calvum addūcimūs!

Aurum in Galliā effutuistī, hīc sūmpsistī mūtuum!”

FLAVIUS EUTROPIUS, *BREVIARIUM* 1.1–8

Rōmānum imperium ā Rōmulō exōrdium habet, quī Rhēae
Silviae, Vestālis virginis, filius et Mārtis cum Remō frātre ūnō
partū ēditus est. Is cum inter pāstōrēs latrōcinārētur, decem et
octo annōs nātus urbem exiguam in Palātīnō Monte cōstituit.
Conditā cīvitate (quam ex nōmine suō Rōmam vocāvit) haec
ferē ēgit: Multitūdinem finitimōrum in cīvitate recēpit,
centum ex seniōribus lēgit, quōrum cōnsiliō omnia ageret, quōs
senātōrēs nōmināvit propter senectūtem. Tum, cum uxōrēs
ipse et populus suus nōn habērent, invītāvit ad spectāculum
lūdōrum vicinās urbī Rōmae nātiōnēs atque eārum virginēs
rapuit. Commōtis bellis propter raptārum iniūriam, vicinōs
vīcit. Cum ortā subitō tempestāte nōn compāruisset, annō rēgnī
trīcēsīmō septīmō ad deōs trānsisse crēditus est et cōsecrātus.

Posteā Numa Pompilius rēx creātus est, quī bellum quidem
nūllum gessit, sed nōn minus cīvitatī quam Rōmulus prōfuit.
Nam et lēgēs Rōmānis mōrēsque cōstituit, quī cōsuētūdine
proeliōrum iam latrōnēs ac sēmibarbarī putābantur, et annum
dēscripsit in decem mēnsēs, et īfinīta Rōmae sacra ac templa
cōstituit. Morbō dēcessit quadrāgēsīmō et tertiō imperīi annō.

Huic successit Tullus Hostīlius. Albānōs vīcit, Vēientēs,

Fidēnātēs superāvit urbemque ampliāvit adiectō Caeliō Monte. Cum trīgintā et duōs annōs rēgnāsset, fulmine ictus cum domō suā ārsit.

ampliare -avisse -atum = grandiozem
facere
ad-icere : ad-dere
regnavisset

Post hunc Ancus Marcius, Numae nepōs, suscēpit imperium. Contrā Latīnōs dīmīcāvit, Aventīnum Montem cīvitatī adīcīt et Iāniculum, apud ōstium Tiberis cīvitatē suprā mare condidit. Vīcēsīmō et quārtō annō imperiū morbō periit.

nepos -otis -m = filius filii filii
sus-cipere imperium : rex fieri
dīmīcare : bellum gerere

vicesimus < viginti (xx = 20)

Deinde rēgnum Tarquinius Prīscus accēpit. Numerum senātōrum duplicāvit, Circum Rōmae aedificāvit lūdōsque Rōmānōs īnstituit. Vīcīt Sabīnōs prīmusque triumphāns urbem intrāvit. Mūrōs fēcīt et cloācās, Capitōlium incohāvit. Trīcēsīmō octāvō imperiū annō per Ancī filiōs occīsus est.

regnum ac-cipere : regnum sus-cipere

du-plicare : ducentos e centum facere
Circus Romae : Circus Maximus

incohare -avisse -atum = aedificium
aedificare incipere
per filios = a filiis

Post hunc Servius Tullius suscēpit imperium, genitus ex nōbilī fēminā, captīvā tamen et ancillā. Hic Sabīnōs subēgit, Quirīnālem, Vīminālem, Ēsquilīnumque urbī adiūnxīt, fossās circum mūrū dūxit. Occīsus est scelere generī suī Tarquiniū Superbī (Prīscī filius) et filiae, quam iste habēbat uxōrem.

genitus -a -um = natus
captivus -a -um = qui captus est

ad-iungere -iunxisse -iunctum :
con-nectare
gener -ri m = maritus filiae

Lūcius Tarquinius Superbus, septimus atque ultimus rēgum, Volscōs vīcīt, Gabiōs subēgit, cum Tuscīs pācem fēcīt, et Templum Iovis in Capitōliō aedificāvit. Postēā Ardeam oppugnāns imperium perdidit. Nam cum filius eius nōbilissimam fēminam Lucrētiam eandemque stuprāsset, eaque dē iniūriā marītō et patrī et amīcīs quēsta fuisset, in omnium cōspectū sē occīdit. Propter quam causam Brūtus populū concitāvit et Tarquiniō adēmit imperium. Exercitus eum relīquit, ab urbe rēx exclūsus est; cum imperāsset annōs quattuor et vīgintī, fūgit. Ita Rōmae rēgnātum est per septem rēgēs annīs ducentīs quadrāgintā tribus.

Templum Iovis in Capitolio : Aedes
Iovis Optimi Maximi
op-pugnare = bellum gerere contra
stuprāvisset

struprare -avisse -atum = violare

queror -eri -estus sum = lamentare

con-citare : ex-citare, ad iram adigere
ad-imere -emisse -emptum : au-ferre
ex-cludere : negare aliquem intrare
imperāvisset
regnatum est : reges rexerunt

ducentum = CC (200)

*Illyricus sanctus et sacerdos (v. 347 – 420)
qui libros sacros in Latinam linguam vertit.*

ex-pandere -disse -ditum
tota die = per totam diem
in-credulus -a -um = non credens
post cogitationes suas : ignorans
voluntatem meam

im-molare = sacrificia facere
incendendo
later -ris *m* = lapis pro aedificando
delubrum = templum, aedes
suillus -a -um < sus suis *m/f* = porcus
jus juris *n* = cibus aquosus
vas vasis *n* = receptaculum
im-mundus -a -um <-> purus
tota die = per totam diem

*Romanus vir de quo minimum notum est,
qui vixit saeculo decimo quinto et hoc
aedificavit hancque inscripsit.*

Roma renascente

caritas : amor
patrius -a -um < pater
mediocritas -tatis *f* < mediocris -is -e
(= nec parum nec nimium)
duo duae duo
duobus milibus ducentis viginti
novem = MMCCXXIX (2229)
tres tres tria
undecimo Kalendas Augustas : 22
July 1476

*Franciscus theologus et philosophus Protestans
(v. 1515 – 1563) qui tractatus pro
tolerantia inter religiones scripsit.*

tuere : servare, custodire

Genevensis -is *m/f* = incola Genevae
Michaël Servetus (1509–1553) =
Protestans et inimicus Calvini
doctrina -ae *f*: doctrina *ecclesiastica*
non est hominis : hominem non decet
quid gladio cum doctrina? : quid
curant magistri de doctrina?

Joannes Calvinus (1509–1564) = dux
Protestantium reformatorem
cum pugnaret : quoniam pugnabat

repellendus erat : oportebat eum
repellere

EUSEBIUS SOPHRONIUS **HIERONYMUS**, *ISAIAS* 65.1–5

Expandi manūs meās tōtā diē ad populum incrēdulū, quī
graditur in viā nōn bonā post cōgitatiōnēs suās. Populus quī ad
irācundiam prōvocat mē ante faciem meam semper; quī
immolant in hortīs, et sacrificant super laterēs; quī habitant in
sepulcrīs, et in dēlūbrīs idōlōrum dormiunt; quī comedunt
carnem suillam, et jūs profānum in vāsīs eōrum; quī dīcunt,
“Recēde ā mē, nōn appropinquēs mihi, quia immundus es.”
Istī fūmus erunt in furōre meō, ignis ārdēns tōtā diē.

LAURENTIUS **MANLIUS**, *INSCRIPTIO MANLIANA*

Urbe Rōmā in prīstinam fōrmam renāscēte, Laurentius
Mānlius, cārītāte ergā patriam gentem, aedēs suō nōmine
Mānliānās a sōlō prō fortūnarum mediocritāte ad Forum
Iudaeōrum sibi posterīsque suis ā fundāmentīs posuit ab urbe
conditā duōbus milibus ducentīs vīgintī novem annīs, mēnsibus
tribus, diēbus duōbus posuit, ūndecimō Kalendās Augustās.

SEBASTIANUS **CASTELLIO**, *CONTRA LIBELLUM CALVINI* 77

Hominem occīdere nōn est doctrīnam tuērī — est hominem
occīdere. Cum Genēvensēs Servētum occīdērunt, nōn
doctrīnam dēfendērunt — hominem occīdērunt. Doctrīnam
tuērī nōn est magistrātūs (quid gladiō cum doctrīnā?), sed
doctōris. Sed doctōrem tuērī est magistrātūs, sicut agricolam,
fabrum, medicum, ceterōsque contrā injūriam tuērī. Itaque sī
Calvīnum occīdere Servētus voluisset, rēctē Calvīnum
dēfendisset magistrātūs. Sed, cum ratiōnibus et scrīptīs
Servētus pugnāret, ratiōnibus et scrīptīs repellendus erat.

JORDANUS **BRUNUS** NOLANUS, *EPISTULA AD UNIVERISTATEM
OXONIENSEM* 1

Jordānus Brunus Nōlānus magis labōrātae theologiae doctor, pūriōris et innocuae sapientiae professor, in praecipuīs Eurōpae acadēmīis nōtus, probātus et honōrificē exceptus philosophus, nūllibi praeterquam apud barbarōs et ignōbilēs peregrīnus, dormītantium animārum excubitor, praesumptuosae et recalcitrantis ignōrantiae domitor, quī in āctibus ūniversīs generālem philanthrōpiam prōtestātur, quī nōn magis Italum quam Britannum, marem quam fēminam, mitrātum quam coronātum, togātum quam armātum, cucullātum hominem quam sine cucullō virum, sed illum cujus pācātior, cīvīlior, fidēlior et ūtilior est conversātiō dīligit, quī nōn ad perūnctum caput, signātum frontem, ablūtās manūs et circumcīsum pēnem, sed (ubi vēri hominis faciem licet intuērī) ad animum ingeniūque cultūram maximē respicit, quem stultitiae propāgātōrēs et hypocritunculī dētestantur, quem probī et studiōsī dīligunt, et cui nōbiliōra plaudunt ingenia, excellentissimō clārissimōque Oxoniēnsis acadēmiae prōcancellariō, ūnā cum praecipuīs ejusdem ūniversitātis, salūtem plūrimam dīcit.

CASPAR **SCIOPIUS**, *EPISTULA DE SUPPLICIO BRUNI*

Ferē igitur bienniō postquam hic in Inquīsitiōnem dēvēnit, nūperā diē nōnā Februārii in Suprēmī Inquīsītōris palātiō praesentibus illūstrissimīs cardinālibus Sānctū Officiū Inquīsitiōnis et cōsultōribus theologīs, et saeculārī magistrātū, Urbis gubernātōre: Fuit Brūnus ille in locum Inquīsitiōnis intrōductus ibique genibus flexīs sententiam contrā sē prōnūntiārī audiit. Ea autem fuit hujusmodī: Nārrāta fuit ejus

Italicus philosophus et monachus (v. 1548 – 1600) quem Ecclesia Catholica ob haereses denunciavit ussitque.

laboratus -a -um < labor -oris *m*

in-nocuus -a -um = innocens -ntis

probatus -a -um < probare

nullibi *adv* <-> ubique

peregrinus -i *m* = vagus, homo errans
excubitor -oris *m* = custos
prae-sumptuosus -a -um : superbus
recalcitrans -ntis *m/f* : non oboediens
philanthropia -ae *f* < φίλος+ἄνθρωπος
protestor -ari -atus sum = testificari
mas maris *m* <-> femina

mitratus -a -um = qui mitrem gerit
coronatus -a -um = qui coronam gerit
cucullatus -a -um < cucullus : is quem
monachus supra caput gerit

per-unctus -a -um : oleo indutus
signatus -a -um = qui signum habet
ablutus -a -um : lautus, purus
penis -is *m* : pars pudenda virilis

propagator -oris *m* : fautor, studiosus
hypocritunculus -i *m* < hypocrita
detestor -ari -atus sum : odisse

procancellarius -i *m* : dux universitatis
praecipuus -a -um : primus vir

*Germanicus humanista (v. 1576 – 1649)
qui, quamvis Protestans natu, Catholicus
factus a. 1599 et contra Protestantem scripsit.*

biennium -i *n* = spatium trium
annorum

Inquisitio Haereticae Pravitatis :
Congregatio pro Doctrina Fidei
palatium -i *n* = maxima domus; regia

saecularis <-> ecclesiasticus

urbis gubernator : praefectus urbi

dogmata -atis *n* : doctrina

fraterne *adv* < fraternus (<frater)
adhibuit : monstravit
degradare = contemnere, illudere

excommunicare = expellere ex
ecclesia
puniendum : ut puniretur

pro-fusio -onis *f* < fundere

forsan = fortasse; forte

lictor -oris *m* = custos, miles

octi-duum = spatium octo dierum
asservare = observare
revocare = renuntiare
rogus = pyra, locus hominis ardendi
deductus *est*


aspernari -atum esse = se vertere
perire -risse -ritum = mori

vīta, studia, et dogmata, et quālem Inquīsitiō diligentiam in
convertendō illō et frāternē monendō adhibuit quālemque ille
pertināciam et impietātem ostenderit. Inde eum dēgradārunt
et excommūnicārunt, et saeculārī magistrātuī eum trādīdērunt
pūniendum, rogantēs ut clēmētissimē et sine sanguinis
profūsiōne pūnīrētur.

Haec cum ita essent perācta, nihil ille respondit aliud quam,
“Majōrī forsā cum timōre sententiam in mē fertis quam ego
accipiam.” Sic ā lictōribus gubernātōris in carcerem dēductus
ibique octiduō asservātus fuit, sī vel nunc errōrēs suōs revocāre
vellet, sed frūstrā. Hodiē igitur ad rogum dēductus; cum
Salvātōris crucifixī imāgō eī jam moritūrō ostenderētur, eam
aspernātus rejēcit, sicque miserē periit.

IORDANO BRVNO NOLANO
SAECLVM AB EO DIVINATVM
HIC VBI ROGVS ARSIT

CAMPUS MARTIUS



A. GELLIUS, *NOCTES ATTICAE* 10.1.4–11

Ad amīcum interrogantem utrum ‘tertium’ an ‘tertiō’ sit dīcendum ego rescrīpsī cum verbīs Mārci Varrōnis: “Aliud est ‘quārtō’ praetōrem fierī et ‘quārtum,’ quod ‘quārtō’ locum assignificat ac trēs ante factōs, ‘quārtum’ tempus assignificat et ter ante factum. Igitur Pompēius timidē ēgit, quod in theātrō, nē āscrīberet ‘cōsul tertium’ aut ‘tertiō,’ extrēmās litterās nōn scrīpsit.” Tīrō, Cicerōnis libertus, in epistulā ēnārrātius scrīpsit: “Cum Pompēius,” inquit, “Aedem Victōriae dēdicātūrus foret, quaerī coeptum est utrum ‘cōsul tertio’ īnscribendum esset an ‘tertium.’ Eam rem Pompēius exquisitissimē retulit ad doctissimōs, cumque dissentīrētur, rogāvit Cicerōnem ut quod eī rēctius vidērētur scrībī iubēret. Cicerō igitur Pompēiō persuāsit ut neque ‘tertium’ neque ‘tertiō’ scrīberētur, sed ad secundum ‘t’ fierent litterae, ut verbō nōn perscrīptō rēs quidem dēmōnstrārētur, sed dictiō ambigua verbī latēret.”

Romanus antiquarius (v. c. 125 – 180) in cuius opera conservatae sunt sententiae et eclogae multae quae aliter essent amissae.

M. Terentius Varro (116–27 aCn)

quarto : quartus ordine
quartum : quarta vice

timide *adv* < timidus (= timens)

cos tert : litterae extremae desunt

foret : esset

exquisitus -a -um : valde doctus

per-scriptus -a -um : scriptus usque ad finem
ambiguus -a -um <-> clarus

Asianus historicus (v. 155–235) qui Graece historiam Romanam conscripsit, in Latinum sermonem ab Germano philosopho Hermanno Reimaro (v. 1694–1768) versam.

Pantheum = πάνθειον : omnium deūm
fortassis = fortasse

convexus -a -um = circularis forma

col-locare = in unum locum ponere

Caesar superior = C. Iulius Caesar,
dictator (v. 100–44 aCn)

*Austro-Italicus sacerdos (v. 1914–2002)
et praefectus Latinitatis Vaticanensibus qui et
composuit urbis Romae itinerarium.*

advena -ae m < advenire
advenae utique : advenis omnibus

iuvare : delectare, placet

M = Marcus

L : Lucii

F = filius

COS : consul

eminere -nuisse : optime demonstrare
vicesimus septimus < viginti septem

M. Vipsanius Agrippa (63–12 aCn)
quippe : nam, etenim, nempe
con-sors : particeps, socius

interpres -etis m : qui verba ex una
lingua in alteram vertit

*Historicus quidam (floruit c. 390) qui sub
nominibus falsis vitas imperatorum ab Nerva
ad Diocletianum scripsisse videtur. Opus est
obscurum, habens errores et mendacia multa.
instaurare = renovare, restituere*

propriis nominibus = dedicatio vetus
unicuique operi servata est ab eo

CASSIUS DIO, *HISTORIA ROMANA* 53.27.2–3 (TR. REIMARUS, 1752)

Pantheum quoque perfecit Agrippā. Id sic dicitur fortassis quod in simulacris Martis et Veneris plurimum deum imaginēs acciperet; vel, ut mihi potius videtur, quod formā convexā caeli similitudinem ostenderet. Voluit Agrippa in eō Augustū quoque statuam collocare, nōmenque operis eī ascribere; neutrum autem eō accipiente, in Pantheō ipsō Caesaris superioris statuam, Augustū in vestibulō posuit.

CAROLUS EGGER, *ROMA AETERNA* P. 73

Hoc monumentum, advenae utique visendum, faciem Rōmānam paene salvam integramque servavit. Inscriptiōnem, in fronte ante oculos positam, grandibus conspicuam litteris, brevitate Latīnā insignem, legere iuvat: M AGRIPPA L F CŌS TERTIUM FĒCIT. Tantum opus, specimen singulāre artis architectandī, quā veterum Rōmānōrum ingenia ēminuerunt, conditum est annō vicēsimō septimō ante Christum nātum ā Mārcō Vīpsāniō Agrippā, Augustī generō, quippe quī eius filiam Iūliam dūxisset uxōrem eiusque cōsors esset imperiī gerendī.

Nōmen Pantheī ductum est ā verbis Graecis πᾶν (omne, omninō) et θεῖος (divinus). Interpretēs declārant id idem valere ac “cūctis dīs dicātum” aut “divinissimum.”

SCRIPTOR(ES) **HISTORIAE AUGUSTAE**, *VITA HADRIANI* 9.10

Rōmae instauravit Pantheum, Saepta, Basilicam Neptūnī, sacrās aedēs plurimās, Forum Augustū, Lavācrum Agrippae, eaque omnia propriis auctōrum nōminibus cōsecravit.

BENEDICTUS CANONICUS, MIRABILIA URBS ROMAE 16

Temporibus Cōnsulum et Senātōrum, Agrippa praefectus subjugāvit Rōmānō Senātuī Suēvōs, Saxonēs, et aliōs occidentālēs populōs, cum quattuor legiōnibus, in cujus reversiōne tintinnābulum statuae Persidae, quae erat in Capitōliō, in Templō Jovis et Monētae sonuit. Ūnīuscujusque rēgnī tōtīus orbis erat statua in Capitōliō cum tintinnābulō ad collum; statim ut sonābat tintinnābulum, cognōscēbant illud rēgnum esse rebelle. Cujus tintinnābulum audiēns sacerdos quī erat in speculō in hebdomadā suā, nūntiāvit senātōribus. Senātōrēs autem hanc lēgātiōnem praefectō Agrippae imposuērunt. Quī renuēns nōn posse patī tantum negōtium, tandem convictus petiit cōsiliū trium diērum.

In quō terminō quādam nocte ex nimiō cōgitātū obdormīvit. Appāruit eī quaedam fēmina, quae ait, “Agrippa, quid agis? In magnō cōgitātū es.” Quī respondit eī, “Sum, domina.” Quae dīxit, “Cōfortāre et prōmitte mihi tē templum factūrum quāle tibi ostendam, et dīcam tibi sī eris victūrus.” Quī ait, “Faciam, domina.” Quae in illā vīsiōne ostendit eī templum in hunc modum. Quī dīxit, “Domina, quae es tū?” Quae ait, “Ego sum Cybelē, māter deōrum. Fer libāmina Neptūnō, quī est magnus deus, ut tē adjuvet. Hoc templum fac dēdicārī ad honōrem meum et Neptūnī, quia tēcum erimus et vincēs.”

Agrippa vērō surgēns laetus hoc recitāvit in Senātū. Cum magnō apparātū nāvium, cum quīnque legiōnibus, īvit et vīcit omnēs Persās et posuit eōs annuālīter sub tribūtō Rōmānī Senātūs. Rediēns Rōmam fēcit hoc templum et dēdicārī fēcit ad honōrem Cybelēs, mātris deōrum, et Neptūnī, deī marīnī, et omnium daemōnīorum et posuit huic templō nōmen

Italicus canonicus (v. c. 1100 – 1175) qui scripsit opusculum pro viatoribus visere urbem Romam volentibus.

temporibus Consulū et Senatorū
: tempore ante imperatores
Suevi -orum *m* = populus Nordicus
Saxones -um *m* = populus Germanicus
occidentalis -e < occidens (<-> oriens)

tintinnābulum -i *n*



ad collum : in collo

rebellis -e = non se regnari patiens
qui erat in speculo in hebdomada sua
: unusquisque sacerdos praerat
statuis septem, quas spectando in
speculo procuravit

re-nuere <-> an-nuere

consilium trium dierum : spatium
trium dierum ut consilium faceret

in quo termino : prope finem huius
spatii temporis
cogitatus -us *m* < cogitare

con-fortare (< fortis) = se fortiorem
facere

visio -onis *f* < videre
in hunc modum : simile visu Panthei

fer : fac
libamen -inis *n* = libatio
fac dedicari : fac ut dedicaretur

magno apparatu : magna copia

annualiter *adv* < annus
tributum -i *n* = pecunia soluta victori
ab victis

marinus -a -um = maritimus

daemonium -i *n* = deus ullus quem
Christiani non colunt

statuam deauratam : statuam aureo
opertam
foramen -inis *n* = pars cuiusvis aperta
tegimen -inis *n* = tectum

Papa Bonifatius IV (r. 608 – 615)
Flavius Phocas Augustus (r. 602 – 610)

multotiens *adv* = totiens

percutere -ussisse -ussum = pulsare

con-donare = donum dare
Kalendae Novembris = 1 Novembris
illud : Pantheon

concedere -cessisse -cessum = donum
benigne dare

missa -ae *f* = ritus Catholicus in quo
eucharistia communicatur, etc
corpus -oris *n* : panis
sanguinis -is *m* : vinum
dies Natalis Domini = Nativitas

festivitas -atis *f* = dies festus
defuncti -orum *m* = mortui
redemptio -onis *f* = salvatio

anima -ae *f* = spiritus, id quod pergit
vivere post mortem

Pantheon. Ad honorem Cybelēs fecit statuam deauratam,
quam posuit in fastigiō templi super forāmen et cooperuit eam
mīrificō tegimine aereō deauratō.

Vēnit Bonifātius Pāpa tempore Phōcae Imperātōris Christiānī.
Vidēns illud templum ita mīrābile dēdicātum ad honorem
Cybelēs, mātris deōrum, ante quod multotiens ā daemonibus
Christiānī percutiebantur, rogāvit Pāpa Imperātorem ut
condōnāret eī hoc templum; ut sicut in Kalendīs Novembris
dēdicātum fuit ad honorem Cybelēs, mātris deōrum, sic illud
dēdicāret in Kalendīs Novembris ad honorem Beātae Mariāe,
semper virginis, quae est māter omnium sāctōrum. Quod
Caesar eī concessit, et Pāpa cum omnī Rōmānō populō in diē
Kalendīs Novembris dēdicāvit; et statuit ut in istō diē Rōmānus
Pontifex ibi celebrāret missam et populus accipiat corpus et
sanguinem Domini, sicut in diē Nātālis Domini; et in istō diē
omnēs sāctī cum mātre suā Mariā, semper virgine, et
caelestibus spīritibus habeant fēstivitatē et dēfūctū habeant
per ecclēsiās tōtius mundi sacrificium prō redēptiōne
animārum suārum.

ROMA PRISCA



P. VIRGILIUS MARO, *AENEIS* 8.626–634

Illic rēs Italias Rōmānōrumque triumphōs
haud vātum ignārus ventūrīque īncius aevī
fēcerat ignipotēns, illic genus omne futūrae
stirpis ab Ascaniō pugnātaque in ōrdine bella.

630 Fēcerat et viridī fētam Māvortis in antrō
prōcubuisse lupam, geminōs huic ūbera circum
lūdere pendentēs puerōs et lambere mātrem
impavidōs, illam teretī cervīce reflexā
mulcēre alternōs et corpora fingere linguā.

T. LIVIUS, *AB URBE CONDITA* 1.6–7

Vī compressa Vestālis cum geminum partum ēdidisset, seu ita
rata seu quia deus auctor culpae honestior erat, Mārtem
incertae stirpis patrem nuncupat. Sed nec dī nec hominēs aut

Italicus poeta (v. 70 – 19 aCn) et summus.

Italus -a -um < Italia

vates -is *m* = propheta

igni-potens -potentis

stirpis -is *m* = generationes futurae

fetus -a -um = grāvīda, praegnans

Māvors -ortis *m* = Mars

uber -eris *n* = mamma animalis

lambere -bisse -bitum = lingua tangere

impavidus -a -um = sine timore

teres -is (= politus) < terere

mulcere -lisse -lsum = mite tangere

*Italicus scriptor rerum gestarum populi
Romani (v. 59 aCn – 17 pCn). Libros
scripsit 142 'ab urbe condita' — i.e. ab
Aenea — quorum 35 fere exstant*

compressa : coercita

partus -us *m* = nasci filios

rerī ratus sum

nuncupare = annuntiare, proclamare

regius -a -um < rex
vinctus -a um = catenis strinctus

forte *adv* = casu
divinitus *adv* = divinite

defuncti = mortui

alluvies -ei *f* = aqua stagnans
ficus -i *f* = quoddam genus arboris

tenet fama = homines dicunt
sitire -ivisse = aqua carere et eam velle
puerilis -is < puer
vagitus -us *m* = sonitus lacrimantis
praebuisse = dare

pecus -oris *m* = grex boum

stabulum -i *n* = ubi equi habitant
educare = curare aliquem ab infantia
vulgato corpore *abl abs* = se prostituit

segnis -is = piger
venari -atus sum = bestias occidere
saltus -us *m* = ager pastoralis
latro -onis *m* = raptor res alienas
praeda -ae *f*: spolia
onustus -a -um < onus

aetherius -a -um = caelestis

adipisci adeptus sum = obtinere

indocilis -e = qui doceri non potest

latere latuisse = se abscondere

perhibere -buisse -bitum : nominare
saecula quae sub illo rege fuerunt 'aurea'
perhibent

paulatim *adv* (= gradatim) < paulus
decolor -oris : peioris coloris
rabies -ei *f* = ira

ipsam aut stirpem ā crūdēlitāte rēgiā vindicant: sacerdōs vincta in cūstōdiā datur, puerōs in prōfluentem aquam mittī iubet. Forte dīvīnitus super rīpās Tiberis adīrī usquam ad cursum amnis nōn poterat et posse quamvīs languidā mergī aquā īnfantēs spem ferentibus dabat. Ita velut dēfūctī rēgis imperiō in proximā alluviē ubi nunc fīcus Rūmīnālis est — Rōmulārem vocātam ferunt — puerōs expōnunt. Tenet fāma lupam sitientem ex montibus quī circā sunt ad puerīlem vāgītum cursum flexisse; eam submissās īnfantibus adeō mītem praebuisse mammās ut linguā lambentem puerōs magister rēgīi pecoris invēnerit — Faustulō fuisse nōmen ferunt — ab eō ad stabula Lārentiae uxōrī ēducandōs datōs. Sunt quī Lārentiam vulgātō corpore ‘Lupam’ inter pāstōrēs vocātam pūtent; inde locum fābulae ac mīrāculō datum.

Ita genitū itaque ēducātū, cum prīmum adolēvit aetās, nec in stabulīs nec ad pecora sēgnēs vēnandō peragrāre saltūs. Hinc rōbore sūmptō nōn ferās tantum subsistere sed in latrōnēs praedā onustōs impetūs facere pāstōribusque rapta dīvidere et cum crēscente in diēs grege iuvenum sēria ac iocōs celebrāre.

P. VIRGILIUS MARO, *AENEIS* 8.319–327

Prīmus ab aetheriō vēnit Sātūrnus Olympō,
320 arma Iovis fugiēns et rēgnīs exsul adēmptīs.
Is genus indocile ac dispersum montibus altīs
composuit lēgēsque dedit, Latiumque vocārī
māluit, hīs quoniam latuisset tūtus in ōrīs.
‘Aurea’ quae perhibent illō sub rēge fuēre
325 saecula: sīc placidā populōs in pāce regēbat,
dēterior dōnec paulātīm ac dēcolor aetās
et bellī rabiēs et amor successit habendī.

JOANNES **CABALLINUS**, *POLISTORIA* 4.13–14

Signa Rōmānōrum prīscā fuērunt, sicut et sunt hodiē, quattuor, videlicet S.P.Q.R., quae significant: **s**alūtem **p**opulōrum omnium **q**uōs **r**egēbat magistrātus Rōmānōrum jūstitiā atque armīs.

Nōnnūllī allī hujusmodī singulāria signa sīc expōnunt, dīcentēs: **S**alūs omnium populōrum serēna; **P**atrōcinium pācificum pōpulōrum; **Q**uirītum disciplīna sevēra; **R**efugium tūtissimum et terror rēgum.

M. **MINUCIUS FELIX**, *OCTAVIA* 21

Sāturnum omnēs scrīptōrēs vetustātis Graecī Rōmānīque hominem trādiderunt. Scit hoc Nepōs et Cassius in historiā, et Thallus ac Diodōrus hoc loquuntur.

Is itaque Sāturnus, Crētā profugus, Italiam metū filiī saevientis accesserat, et Iānī susceptus hospitio rudēs illōs hominēs et agrestēs multa docuit, ut Graeculus et politus: litterās imprimere, nummōs signāre, instrūmenta cōficere. Itaque latebram suam, quod tūtō latuisset, vocārī māluit Latium, et urbem Sāturniam inditō dē suō nōmine et Iāniculum Iānus ad memoriam uterque posteritātis reliquērunt. Homō igitur utique quī fūgit, homō utique quī latuit, et pater hominis et nātus ex homine: Terrae enim vel Caelī filius prōditus, ut in hodiernum inopinātō vīsōs caelō missōs, ignōbilēs et ignōtōs ‘Terrae filiōs’ nōmināmus. Eius filius Iuppiter Crētae exclusō parente rēgnāvit, illīc obiit, illīc filiōs habuit: adhūc antrum Iovis vīsitur et sepulcrum eius ostenditur, et ipsīs sacrīs sua hūmānitās arguitur.

Italicus antiquarius (v. 1275 – 1349) qui de rebus Romanis antiquissimis scripsit.

videlicet = certe

patrocinium -i n = defensio

pacificus -a -um <-> pax

Africanus Christianus et apologista (v. 175 – 250) qui dialogum de Deo et dis scripsit.

tradiderunt : scripserunt

metus -us m = timor

accedere -cessisse -cessum
rudis -is = indoctus
politus -a -um <-> rudis

signare : creare

latebra -ae f = refugium

indere -didisse -ditum = condere

proditus : scriptus est
in hodiernum = usque ad hunc diem

excluso : exacto

antrum -i n = spelunca

arguitur : manifestatur

Noe *indecl* = qui deluvium superavit

constructio *-onis f*: aedificatio

labium *-i n*: lingua
 navigium *-i n* = navis
 solo: terra

manseolus *-i m* = parvula domus

jugiter *adv* = sine interruptione

devorare = esse
 permissione Jani = Jano volete
 patruus *-i m* = frater patris

Syracusae *-arum f* = civitas Siciliana

Albula *-ae f* = Tiberis


deinceps = deinde

subsequenter *adv* = posthac

Esquiliae *-arum f* = Mons Esquilinus

Postquam filiū Nōē aedificāvērunt turrim ubi fuērunt linguae cōnfūsae, quia terra ante cōstrūctiōnem Turris Babylōnis erat ūnīus labiū, Nōē cum aliquibus nāvigia ingressus, mare trānsiēns atque amnēs, vēnit in Italiam et in eō solō, ubi nunc Rōma est, quae interpretātur ‘sublimitās,’ cīvitatē cōstrūxit. Jānus vērō, filius Japeth et nepōs Nōē, mānseolum et cīvitatē cōstrūxit in quōdam monte ultrā Tiberim, quem suō nōmine Jāniculum appellāvit, quī vocābātur ‘Mōns Aureus’ ab ‘aurā,’ quae jūgiter ibi flat. Deinde Nimrōd, pronepōs Nōē, filius Chus et nepōs Cham et Jānī secundī conditōris urbis, quī postea dictus est Sātarnus, expulsus ā Jove filiō suō et in silvīs expositus per Rhēam mātrem suam, nē eum Juppiter pater ejus dēvorāret, dē insulā Crētae Rōmam veniēns permissione Jānī patruī suī cōstrūxit habitātiōnem ubi nunc est Capitōlium. Illis quoque diēbus Italus Rēx ad Jānum et Sātarnum veniēns dē Syrācūsīs ipsōrum permissione cōstrūxit cīvitatē juxtā Albulam, quam Rāvennam appellāvit. Rūrsus Juppiter Sātarnī filius Rōmam veniēns, patrem suum dē arce Capitōlii, quam prius cōstrūxerat, ējēcit, ipsamque arcem Jovis templum mandāvit dē cēterō nuncupārī, ubi postea Rōmulus vōtō templum Statorī Jovī aedificāvit. Post hunc Jovem, Faunus, filius Pīcī et Nepōs Sātarnī, ad urbem veniēns sub Capitōliō Monte prope Caprae Palūdem cōstrūxit habitātiōnem quae ‘Aurēlia’ dīcēbātur, in quā erat Āra Deōrum, ubi dīi maximā cum reverentiā celebrābantur ab eō genteque suā. Deinceps Evandro Rēgi ab urbe Arcadiae veniēti Faunus, tum ea loca tenēns, benignē agrōs et montem assignāvit. Subsequenter Herculēs prope Capitōlium fēcit cīvitatē quae ‘Valentia’ dīcēbantur; inde Cimber, filius Jovis Venerisque sorōris, Rōmam veniēns mānseolum in Ēsquiliīs cōstituit.

MONS AVENTINUS



T. LIVIUS, *AB URBE CONDITA* 1.6–7

Rōmulum Remumque cupīdō cēpit in iīs locīs ubi expositū ubīque ēducātū erant urbis condendae. Intervēnit rēgnī cupīdō atque inde foedum certāmen coortum ā satis mīti p̄ncipiō. Quoniam geminī essent nec aetātis verēcundiā discrīmen facere posset, ut auguriīs legerent quī nomēn novae urbī daret, quī conditam imperiō regeret, Palātium Rōmulus, Remus Aventīnum ad inaugurandum templa capiunt. Priōrī Remō augurium vēnisse fertur, sex vulturēs; iamque nūntiātō auguriō cum duplex numerus Rōmulō sē ostendisset, uterque rēx cōnsalūtātus erat. Inde cum altercātiōne congressī certāmine īrārū ad caedem vertuntur; ibi in turbā ictus Remus cecidit. Vulgātior fāma est lūdibriō frātris Rēmum novōs trānsiluisse mūrōs; inde ab īrātō Rōmulō, cum verbīs quoque increpitāns

Italicus scriptor rerum gestarum populi Romani (v. 59 aCn – 17 pCn). Libros scripsit 142 'ab urbe condita' — i.e. ab Aenea — quorum 35 fere exstant.

cupido -inis *f* = malus amor
educare = ab infantia curare
co-oriri coortum esse
principium -i *n* = initium
verecundia -ae *f*: dignitas

vultur -uris *m* = magnus avis

duplex numerus : duodecim
rex consultari = rex appellari
altercatio -onis *f* = certamen

caedes -is *f* = homicidium multum

vulgatior = frequentius dicta
ludibrio *dat fin* : ut arrideret
tran-silire

potiri potitum esse + *abl* : impetrare

*Italicus poeta priscus (v. 239 – 169 aCn)
qui primo carmen epicum hexametris de
Romana ad suum diem historiam composuit.*

cum ... tum = et ... et

secundam : fortunatam

pulcer = pulcher

genus altivolantium : aves

certabant *utrum* urbem Romam *an*
Remoram vocarent
induperator = imperator

volt = vult

pingere pinxi pictum

ora tenere rebus = rebus attendere

exin *adv* : deinde
icere ici ictum = pulsare
foras *adv* : extra
pulcherruma = pulcherrima
praepes -is = alatus
laeva *adv* = sinistrorsum
ter quattuor = duodecim

stabilitus -a -um = stabilis
scamnum -i *n* : fines in terra lineati

*Illyricus sanctus et sacerdos (v. 347 – 420)
qui libros sacros in Latinam linguam vertit.*

Tarentum -i *n* = oppidum in Italia
meridiana situm, ubi populus
Graece, Latine, Osce loquebatur

parco sumptu : minima pecunia

adiēcisset, “Sic deinde quicumque alius trānsiliet moenia
mea!” interfectum. Ita sōlus potītus imperiō Rōmulus; condita
urbs conditōris nōmine appellāta.

Q. ENNIUS, *ANNALES* 1.72–91 (ED. SKUTSCH)

Cūrantēs magnā cum cūrā tum cupientēs
rēgnī, dant operam simul auspiciō auguriōque.
Hīnc Rēmus auspiciō sē dēvovet atque secundam
75 sōlus avem servat. At Rōmulus pulcer in altō
quaerit Aventīnō, servat genus altivolantium.
Certābant urbem Rōmam Remoramne vocārent.
Omnibus cūra virīs uter esset induperātor.
Exspectant, velutī cōsul cum mittere signum
80 volt, omnēs avidī spectant ad carceris ōrās,
quam mox currūs ēmittat pictīs ē faucibus currūs:
sīc exspectābat populus atque ōra tenēbat
rēbus, utrī magnī victōria sit data rēgnī.
Intereā sōl albus recessit in īnfera noctis.
85 Exin candida sē radiūs dedit icta forās lūx;
et simul ex altō longē pulcherruma praepes
laevā volāvit avis: simul aureus exoritur sōl.
Cēdunt dē caelō ter quattuor corpora sāncta
avium, praepetibus sēsē pulchrisque locīs dant.
90 Cōnspicit inde sibi data Rōmulus esse priōra
auspiciō rēgnī stabilita scamna locumque.

EUSEBIUS SOPHRONIUS **HIERONYMUS**, *CHRONICON*

Quīntus Ennius poēta Tarentī nāscitur, quī ā Catōne
quaestōre Rōmam trānslātus habitāvit in Monte Aventīnō,
parcō admodum sūmptū contentus et ūnīus ancillae ministeriō.

FRANCISCUS **PETRARCA**, *EPISTULA AD FAMILIARES* 6.2.5–13

Vagābāmur pariter in illā urbe tam magnā, quae, cum propter spatium vacua videātur, populum habet immēsum; nec in urbe tantum sed circā urbem vagābāmur, aderatque per singulōs passūs quod linguam atque animum excitāret.

Hīc Evandrī rēgia, hīc Carmentis sēdēs, hīc Cācī spēlunca, hīc lupa nūtrīx et rūminālis ficus — vēriōrī cognōmine Rōmulāris — hīc Rēmī trānsitus, hīc lūdī circēnsēs et Sabīnārum raptus, hīc Caprae Palūs et Rōmulus ēvānēscēns, hīc Numae cum Ēgeriā colloquium, hīc tergemīnōrum aciēs. Hīc fulmine victus victor hostium artifexque mīlītiaē Tullus Hostīlius, hīc rēx architector Ancus Marcius, hīc discrētōr ōrdinū Prīscus Tarquīnius habitāvit; hīc Serviō caput ārsit, hīc carpentō īnsidēns atrōx Tullia trānsīvit et scelere suō vīcum fēcīt īnfāmēm.

Haec autem Via Sacra est, hae sunt Ēsquiliae, hic Vīminālis, hic Quirīnālis collis, hic Caelius, hic Mārtius Campus, et Superbī manibus dēcussa papāvera. Hīc miserābilis Lucretiā ferrō incumbēns, et in mortem fugiēns adulter, et laesae pudīcitiāe vindex Brūtus.

Hīc mināx Porsenna, et Etrūscus exercitus, et īnfēstus errantī dextrae Mūcius, et tyrannī filius cum lībertāte concurrēns, et hostem urbe dēpulsum ad īferōs sequēns cōsul, et frāctus ā tergō virī fortis Pōns Sublicius, et Horātius natāns, Tiberis revehēns Cloeliam. Hīc erat Pūblicolae nēquīquam suspecta domus, hīc Quīnctius arābat dum fierī meruit dē arātōre dictātōr, hīc abductus Serrānus ad cōsulātum vēnit.

Italicus poeta laureatus (v. 1304 – 1374) et antiquarius qui multis de rebus tractavit. Hanc epistolam scripsit amico suo Ioanni de Columnis de cum eo per urbem ambulando.

vagare = errare
pariter *adv* : una
immensus -a -um = innumerus

passus : gradus

regia -ae *f* = palatium regis

transitus -us *m*

ter-geminus -i *m* = tres fratres vel sorores simillimes aspectu

discretor -oris *m* = qui homines in partes dividit
carpentum -i = raeda (genus vehiculi)
carpento insident = *in carpento sedens*
trans-ire -ivi -itum
vicus -i *m* = pars urbis
infamis -is = nefandus et terribilis

Esquiliae -arum *f* = Mons Esquilinus

decutere -cussisse -cussum = caput avellere | papaver -is *n* : flos

Lars Porsenna -ae *m* = rex Etruscus

C. Mucius Scaevola

a tergo = retro *adv*

P. Horatius Cocles
natare = ire per aquam
P. Valerius Publicola

L. Quinctius Cincinnatus
arare = sulcum imprimere
C. Atilius Regulus Serranus

Mons Sacer = collis extra muros

tribunal -alis *n* : iudicium

forte *adv* = fortasse

abscedere -cessisse -cessum : discedere
hoc : Tarpeium (: Mons Capitolinus)
hinc : de Saxo Tarpeio
inhiantes auro Gallos : dum Galli
auro inhiebant
interventus -us *m* : impetus
recuperare = re + capere
auro : pecunia

sub terram *Capitolii*

praesagium -i *n* = divinus admonitus

fallax virgo : Tarpeia

fallacia -ae *f* = mendacium

anser -ris *m* = genus avis

cella -ae *f* : pars templi

domus : aedes Jovis Optimi Maximi

affusos : prostratos
tributarius -a -um : pecuniam tribuens
Cimbrum *tropaeum* = monumentum
Marii victoriae contra Germanos
invadentes anno CI aCn

Hadrianus, non Traianus, pontem fecit

moles -is *m* = magnum monumentum

sub-iacere = iacere subter aliquid

saxum : obeliscus

vertex -icis *m* = summa pars

Tellus -uris *f* = dea terrae

adventus -us *m* < advenire
eversus -a -um : destructus

Hoc est Jāniculum, hic Aventīnus, ille Mōns Sacer, in quōs ter
īrāta patribus plēbs sēcessit; hīc libīdinōsum tribūnal Appiū fuit,
et ferrō patris injūriae subducta Virginia, et decemvirī luxuriae
dignus finis. Hinc Coriolānus, armīs forte victūrus, suōrum
pietāte victus abscessit; hoc saxum dēfendit Mānlius, hinc
excīdit; hīc Camillus inhiantēs aurō Gallōs subitō repulit
interventū et dēspērantēs civēs āmissam patriam ferrō docuit
recuperāre, nōn aurō.

Hīc dēscendit Curtius armātus, hīc inventum sub terram caput
hominis et immōtus Terminus, praesāgium summō et stabili
imperio fuere. Hīc fallāx virgō armīs obruta et suis circumventa
fallāciis; haec Tarpēia Arx, et Rōmānī populī cēsus tōtō orbe
collēctus; hic ānser argenteus; hīc cūstōs armōrum Jānus; hoc
Statōris, hoc Ferētriī Jovis templum; haec fuerat cella Jovis,
haec domus omnium triumphōrum; hūc compulsus est Persēs,
hinc repulsus est Hannibal, hinc impulsus est Jugurtha, ut
quīdam opīnantur, aliī vērō in carcere illum necant. Hīc
triumphāvit Caesar, hīc periit.

Hōc Augustus in templō rēgēs affūsōs et tribūtārium orbem
vīdit; hic Pompējī Arcus, haec porticus, hoc Mariū Cimbrum
fuit. Haec Trajānī columna, ubi ille ūnus omnium
imperātōrum intrā urbem est sepultus; hīc ejusdem pōns, quī
Sānctī Petrī nōmen invēnit, et Hadriānī mōlēs, cui ipse quoque
subjectus est, quod Castrum Sānctī Angelī vocant. Hoc est
saxum mīrae magnitudinis aēneisque leōnibus innīxum, dīvīs
imperātōribus sacrum, cuius in vertice Jūliū Caesaris ossa
quiēscere fāmā est.

Haec Tellūris sēdēs, haec Fortūnae domus, hoc templum
Pācis, adventū vērē pācificī rēgis ēversum; hoc opus Agrippae,

quod falsōrum deōrum mātrī vēri Deī māter ēripuit. Hīc nīnxit Nōnīs Augustī; hīc rīvus oleī flūxit in Tiberim; hīc mōnstrante Sibyllā senex Augustus Chrīstum vīdit īnfantem. Haec Augustā domus; haec Via Flāminia, ubi sepulcrum ipsīus dominī quīdam trādunt; haec Antōnīnī columna. Hoc Praxitelis Phīdiaeque dē ingeniō et arte certāmen.

Hīc Chrīstus vicāriō profugō fuit obvius; hīc Petrus in crucem āctus; hīc truncātus est Paulus; hīc assātus Laurentius et sepultus Stephanō locum fēcit. Hīc sprēvit fervēns oleum Jōannēs; hīc Agnēs post obitum vīvēns suōs flēre prohibuit; hīc Silvester latuit; hīc lepram dēposuit Cōstantīnus.

POGGIUS BRACCIOLINI, DE VARIETATE FORTUNAE 1.2

Adjiciunt et p̄ramidem prope Portam Ōstiēnsē moenibus urbis īnsertam, nōbile sepulcrum Gājī Cestī septemvirī epulōnum, quod opus absolūtum ex testāmentō Pontī Mēlae diēbus trecentum et trīgintā litterae in eō incīsae referunt. Quō magis mīror, integrō adhūc epigrammate, doctissimum virum Franciscum Petrarcam in quādā suā epistolā scribere id esse sepulcrum Remī; crēdō secūtum vulgī opīniōnem, nōn magnī fēcisse epigramma perquirere fruticētis contēctum, in quō legendō quī postmodum secūtī sunt minōre cum doctrīnā majōrem dīligentiam praebuērunt.

ANONYMUS, INSCRIPTIO PYRAMIDIS GAII CESTII

Gāius Cestius, Lūcī filius, Pūbliliā tribū, Epulō, praetor, tribūnus plēbis, decemvir epulōnum opus absolūtum est ex testāmentō diēbus trecentīs trīgintā, arbitrātū Pontī, Pūblii filiū, Claudiā tribū, Melae, hērēdis et Pothī libertī.

veri Dei mater = Maria Virgo
ningere ninxisse = cum nix cadit
Nonae -arum f = dies nonus ante Idus

Augusta domus = palatium in Palatino

*Creditur signa Castoris et Pollucis, hodie in
Esquilino sita, fuerunt certaminis
fructus inter hos sculptores Graecos*

vicario profugo : Petro Apostolo

truncare = occidere capite seposito
assare = carnem supra ignem coquere
Stephano *Protomartyri*
spernere sprevisse spretum = parvi
pretii aliquem aestimare

Papa Silvester I (r. 314 – 335)
lepra -ae f = morbus 'elephantiacus'
lepram deposuit : lepra sanatus est

*Italicus humanista et scriba papalis (v.
1380 – 1459) qui multa manuscripta
invenit (Lucretii, Ciceronis, aliorumque).*

adjiciunt : scriptores scribunt

septemvir -i m = qui unus ex septem
curare pro aliquo habet officium
epulo -onis m = qui convivio interest

epigrammate : inscriptione

Petrarcae *Epistulae* 6.11

credo *eum* secutum *esse*
vulgus -i m = turba
fruticetum -i n = arbuscula (< arbor)

praebere -buisse -bitum : ostendere

tribus -us f = divisio populi Romani
epulo : septemvir epulonum
decemvir *qui sub Iulio Caesare fuit
numerus magistratum epulonum*
testamentum -i n = per quod ultimae
voluntates repraesentantur
heres -edis m = cui beneficium est e
testamento

Geryon -onis *m* = Medusae nepos
mira specie : pulcherrimas
ab-agere -egisse -actum
memorare : dicere
herbidus -a -um < herba
pabulum
re-ficere -feci -fectum = se restituere
sopor -oris *m* = somnus
accola -ae *m* = qui locum habitat

praeda -ae *f*: spoliū
a-vertere -vertisse -vertum
cauda -ae *f* = pars extrema canum,
felum, et plurimorum animalium

perlustravisset : perspexisset

armentum -i *n* = grex boum
occipere -cepisse -ceptum : incipere
mugire -isse = sonum boum emittere

vadentem : euntem

clava -ae *f* = telus Herculis

ea *loca*

miracula : ob miraculum

concursum -us *m* = conventus
reus -a -um <-> innocens
facinus -oris *n* = malum factum

accepit : audivit
Iove nate : Iovis filii

aucturum *esse*
caelestium : deorum
opulentissima gens

omen -inis *n* = signum a dis missum
esse impleturumque

T. LIVIUS, *AB URBE CONDITA* 1.7

Herculem in ea loca, Gēryonē interēptō, bovēs mīrā speciē abēgisse memorant, ac prope Tiberim fluvium in locō herbidō ut quiēte et pābulō reficeret bovēs et ipsum fessum prōcubuisse. Ibi, cum eum cibō vīnōque gravātum sopor oppressisset, pāstor accola nōmine Cācus, ferōx vīribus, captus pulchritūdine boum, cum āvertēre eam praedam vellet, āversōs bovēs caudīs in spēluncam trāxit.

Herculēs, ad prīmam aurōram somnō excitus, cum gregem perlūstrāset oculīs et partem abesse numerō sēnsisset, pergit ad proximam spēluncam. Quae ubi omnia forās versa vīdit nec in partem aliam ferre, cōnfūsus atque incertus animī ex locō agere armentum occēpit. Inde cum actae bovēs ad dēsīderium, ut fit, relictārum mūgīssent, reddita inclūsārum ex spēluncā boum vōx Herculem convertit. Cum vādentem ad spēluncam Cācus vī prohibēre cōnātus esset, ictus clāvā morte occubuit.

Evander tum ea, profugus ex Peloponnēsō, auctōritāte magis quam imperiō regēbat loca, venerābilis mīrāculō litterārum, venerābilior dīvinitāte crēditā Carmentae mātris. Is Evander, concursū pāstorū circā advenam manifestae reum caedis, postquam facinus facinorisque causam audīvit, fōrmam virī ampliōrem augustiōremque hūmānā vidēns, rogat quī vir esset.

Ubi nōmen patremque ac patriam accēpit, “Iove nāte, Herculēs, salvē,” inquit. “Tē mihi māter, interpretes deūm, auctūrum caelestium numerum cecinit, tibi que āram hīc dicātum irī quam opulentissima ōlim in terrīs gēns ‘Maximam’ vocet tuōque rītū cōlat.” Dextrā Herculēs datā accipere sē ōmen implētūrumque fāta ārā conditā ac dicāta ait.

P. **VIRGILIUS** MARO, *AENEIS* 8.193–199

Hic spēlunca fuit vastō summōta recessū,
sēmihominis Cācī faciēs quam dīra tenēbat
1950 sōlis inaccessam radiīs; semperque recentī
caede tepēbat humus, foribusque affīxa superbīs
ōra virum trīstī pendēbant pallida tābō.
Huic mōnstrō Vulcānus erat pater: illius ātrōs
ōre vomēns ignēs magnā sē mōle ferēbat.

P. **VIRGILIUS** MARO, *AENEIS* 8.259–267

Hic Cācum in tenebrīs incendia vāna vomentem
260 corripit in nōdum complexus, et angit inhaerēns
ēlīsōs oculōs et siccum sanguine guttur.
Panditur extemplō foribus domus ātra revulsīs
abstractaeque bovēs abiūrātaeque rapīnae
caelō ostenduntur, pedibusque īnfōrme cadāver
265 prōtrahitur. Nequeunt explērī corda tuendō
terribilīs oculōs, vultum villōsaque saetīs
pectora sēmiferī atque exstīnctōs faucibus ignēs.

P. **OVIDIUS** NASO, *FASTI* 1.551–558

Cācus: Aventīnae timor atque īnfāmia silvae,
nōn leve finitimīs hospitibusque malum.
Dīra virō faciēs, vīrēs prō corpore, corpus
grande (pater mōnstrī Mulciber huius erat),
550 prōque domō longīs spēlunca recessibus ingēns,
abdita, vix ipsīs inveniēda ferīs;
ōra super postēs affīxaque bracchia pendent,
squālidaque hūmānīs ossibus albet humus.


Italicus poeta (v. 70 – 19 aCn) et summus.

vasto recessu : altum specum habuit

semi-homo -hominis *m*

tepere -uisse : caldescere
foris -is *f* = ianua
tabum -i *n* = cruor

vomere -uisse -itum = ex ore emittere

vanus -a -um = quod nihil efficit
nodus -i *m* → 

angere anxisse anctum = suffocare
elisos oculos = Hercules tanta vi angit

Cacum ut oculi e capite eiciantur
guttur -uris *n* = iugulum
pandere -ndisse -nditum = aperire
extemplo *adv* = statim
abiurare = negare
informis -e = foedissimus

pro-trahere
nequire -quise -quitum = non posse
villosus -a -um = pilosus
saeta -ae *f* = pilus
semi-ferus -fera -ferum
fauces -ium = pars colli per quam
transit cibus edendus

*Italicus poeta (v. 43 aCn – 18 pCn), multa
maximae virtutis carmina composuit; anno 8
pCn relegatus est ob 'carmen et errorem.'*

infamia -ae *f* = mala fama

finitimus -i *m* = qui prope habitat

Mulciber -beri/bris *m* = Vulcanus

abditus -a -um = obscurus et secretus

postis -is *m* = pars ianuae vel portae

squalidus -a -um <-> mundus -a -um
albare = album facere

Franciscus abbas (v. 1055 – 1152) qui historiam sacri belli primi composuit. Asserit etiam se adesse ad orationem Urbani.

transmontanus -a -um = trans Alpes

e-lucere -luxisse : patere omnibus
diligere -lexisse -lectum = maximi
aestimare; fraterne amare

se-gregare < grex

noster : *pluralis maiestatis*
dirigere -rexi -rectum = in aliquam
partem conducere
pro-tendere
lugubris -e < lugere (: maerere)
at-trahere -traxisse -tractum

Hieroosolyma -orum *n*

e-mergere -mersisse -mersum

maledictus -a -um <-> benedictus

extraneus -a -um = alienus
prorsus *adv* : omnino

rapina -ae *f* < rapere

partim *adv* < pars

ab-ducere -duxisse -ductum
prostrernere -stravisse -stratum :
destruere
funditus *adv* (= ab fundo) : omnino
ritus -us *m*
mancipare : obtinere
altaria -ium *n* = ara
foeditas -atis *f* < foedus -a -um
inquinatus -a -um : corruptua -a -um

baptisterium -i *n* = locus baptizandi
im-mergere -mersisse -mersum
occubitus -us *m* : mors
mulctare = punire
umbilicus -i *m* = pars media pectoris
perforare = foramen facere
vitalia -orum *n* = viscera
stipes -is *m* = lignum terrae fixum
quo-ad-usque : donec
sagittare < sagitta

pertentare = perconari

constupratio -onis *f* < stuprum (: vi
compressus)
deterius *comp adv* = peius

e-mutilare = terribiliter truncare

ROBERTUS REMENSIS, HISTORIA HIEROSOLYMITANA 1.1–2

“Gēns Francōrum, gēns trāsmontāna, gēns, sicut in plūribus
vestrīs ēlūcet operibus, ā Deō dīlēcta et ēlēcta, tam sitū
terrārum quam fide Catholicā, quam honōre Sānctae
Ecclēsiae, ab ūniversīs nātiōnibus sēgregāta, ad vōs sermō
noster dīrigitur, vōbīsque exhortātiō nostra prōtenditur. Scīre
vōs volumus quae lūgubris causa ad vestrōs finēs nōs addūxerit,
quae necessitās vestra cūnctorumque fidēlium attrāxerit.

“Ab Hierosolymōrum finibus et urbe Cōnstantīnopolitānā
relātiō gravis ēmersit, et saepissimē jam ad aurēs nostrās
pervēnit quod vidēlicet gēns rēgnī Persārum, gēns maledicta,
extrānea gēns prōrsus ā Deō aliēna, generātiō scīlicet quae nōn
dīrēxit cor suum, et nōn est crēditus cum Deō spīritus ejus:
terrās illōrum Chrīstiānōrum invāserit ferrō, rapīnā, incendiō
dēpopulāverit ipsōsque captīvōs partim in terram suam
abdūxerit, partimque nece miserābilī prōstrāverit ecclēsiās Deī
aut funditus ēverterit, aut suōrum rītūi sacrōrum mancīpāverit.

“Altāria suīs foeditātibus inquināta subvertunt, Chrīstiānōs
circumcīdunt, cruōrem circumcīsiōnis aut super altāria
fundunt aut in vāsīs baptistērīi immergunt. Et quōs eīs placet
turpī occubitū mulctāre, umbilicum eīs perforant, caput
vītālīōrum abstrahunt, ad stīpitem ligant, et sic flagellandō
circumdūcunt, quoadūsque extractīs vīsceribus solō prōstrātī
corruunt. Quōsdam stīpītū ligātōs sagittant; quōsdam extentō
collō et nūdātō gladiō appetunt, et utrum ūnō ictū truncāre
possint pertentant. Quid dīcam dē nefandā mulierum
cōnstuprātiōne? Dē quā loquī dēterius est quam silēre.

“Rēgnum Graecōrum jam ab eīs ēmutilātum est, et suīs ūsibus

ēmancipātum, quod trānsmeārī nōn potest itinere duōrum mēnsium. Quibus igitur ad hoc ulciscendum, ad hoc ēripiendum, labor incumbit, nisi vōbīs, quibus prae ceterīs gentibus contulit Dominus īnsigne decus armōrum, magnitudinem animōrum, agilitatem corporum, virtūtem humiliandī verticem capillī vōbīs resistantium?

“Moveant vōs et incitent animōs vestrōs ad virilitatem gesta praedecessōrum, probitās et magnitudō Carolī Magnī rēgis, et Ludovīcī filiī ejus, aliōrumque rēgum vestrōrum; quī rēgna Turcōrum dēstruxērunt, et in eīs finēs Sānctae Ecclēsiae dilātāvērunt. Praesertim moveat vōs Sānctum Dominī Nostrī Salvātōris Sepulcrum, quod ab immundīs gentibus possidētur, et loca sāncta quae nunc inhonestē tractantur et irreverenter eōrum immunditiīs sordidantur. Ō fortissimī mīlitēs et invictōrum propāgō parentum, nōlite dēgenerāre, sed virtūtēs majōrum vestrōrum reminiscimini.

“Cessent igitur inter vōs odia, conticēscant jūrgia, bella quiēscant et tōtius contrōversiae dissēnsiōnēs sōpianantur. Viam sānctī sepulcrī incipite, terram illam nefāriae gentī auferte, eamque vōbīs subijcite. Terra illa filiīs Isrāēl ā Deō in potestātem data fuit. Hierusalem umbilicus est terrārum, terra prae ceterīs fructifera, quasi alter paradīsus dēliciārum. Hanc redēptor hūmānī generis suō illūstrāvit adventū, decorāvit conversātiōne, sacrāvit passiōne, morte redēmit, sepultūrā īsignīvit. Haec igitur civitās rēgālis in orbis mediō positā, nunc ā suis hostibus captīva tenētur, et ab ignōrantibus Deum rītū gentium ancillātur. Quaerit igitur et optat liberārī, et ut eī subveniātis nōn cessat imprecārī. Ā vōbīs quidem praecipuē exigit subsidium, quoniam ā Deō vōbīs collātum est prae cūctīs nātiōnibus, ut jam dīximus, īnsigne decus armōrum.

e-mancipare
trans-meārī -meatum esse = transire
ulcisci ultum esse = merito punire

e-riperere -ripiuisse -reptum
prae ceteris : magis quam alias
decus -oris *n* : honor

agilitas -atis *f* < agilis (= celer)

virilitas -atis *f* < vir

praedecessor -oris *m* = qui ante fuit
probitas -atis *f* < probus
Carolus Magnus (r. 774 – 814)
Ludovicus Pius (r. 813 – 840)
Turcus -i *m*

dilatāre = extendere

immundus -a -um = sordidus
possidere -sedisse -sessum = habere
tractare *freq* < trahere
irreverenter *adv* : impie
sordidare = immundum facere

propago -aginis *f* : filii
degenerare : peiores esse
re-minisci -mentum esse < meminisse
(<-> oblivisci)

cessare <-> pergere
con-ticēscere < tacere
jurgium -i *n* = certamen
sopire -ivisse -itum = dormire
nefārius -a -um = malus et scelestus
au-ferre -tuli -latum < ab + ferre

prae ceteris fructifera : fructiferissima
paradīsus -i *m* = regnum caeleste
deliciae -arum *f* = voluptas laetitiaque
redemptor -oris *m* : salvator
illustrare : illustrem facere
conversatio -onis *f* < versari

ancillari ancillatum esse < ancilla
liberare < liber -a -um
im-precarī -precatum esse < prex

exigit : quaerit
subsidium -i *n* = auxilium

ar-ripere -ripuisse -reptum
remissio -onis *f*: venia
securus -a -um = certus et firmus
immarcescibilis -e < marcescere
(: infirmior fieri)

Papa Urbanus II (r. 1088 – 1099)
urbanus -a -um (: elegans) = ad
urbem pertinens

ac-clamare

venerandus -a -um = venerabilis

erectis luminibus : oculos suos ad
caelum levavit
indicens : quaerens

licet + *coni* = quamquam + *ind*
pro-dere -didisse -ditum < pro + dare
propterea *adv* = idcirco
e-licere -licuisse -licitum = etrahere
inserere -seruisse -sertum = imponere

militaris -e

impetus -us *m*

vociferatio -onis *f* = exclamatio

quicumque : quilibet
peregrinatio -onis *f* = iter sacrum
sponsio -onis *f* = sollemne votum
litare : consecrare
de-vovere -vovi -votum

dominicus -a -um < dominus
praeferre -tulisse -latum = ante se ferre
compos -otis + *gen* = potentiam habens
scapula -ae *f* = umerus
operatio -onis *f* = actio
com-plere -plevisse -pletum = plenum
facere
praeceptum -i *n* = admonitio
ipse : Deus
Evangelium *secundum Lucam* 14.27
bajulare = onus portare

Arripite igitur viam hanc, in remissionem peccatorum
vestrorum, securi de immarcescibili gloria regni caelorum.”

Haec et id genus plurima ubi Papa Urbanus urbanus sermone
peroravit, ita omnium qui aderant affectum in unum
conciliavit, ut omnes acclamarent, “Deus vult! Deus vult!”

Quod ut venerandus Pontifex Romanus audivit, erectis
luminibus, in caelum deo gratias egit, et manu silentium
indicens, ait: “Fratres carissimi, nisi Dominus Deus in
mentibus vestris fuisset, una omnium vestrum vox non fuisset.
Licet enim vox vestra numerosa prodierit, origo vocis una fuit.
Propterea dico vobis quod Deus hanc a vobis elicuit, qui vestris
eam pectoribus inseruit. Sit ergo vobis vox ista in rebus bellicis
militare signum, quia verbum hoc a deo est prolatum. Cum in
hostem fiet bellicosus impetus congressio, erit universus haec ex
parte dei una vociferatio: ‘Deus vult! Deus vult!’

“Quicumque ergo hujus sanctae peregrinationis animum
habuerit, et deo sponsorshipem inde fecerit, eique se litaturum
hostiam vivam, sanctam, deo placentem, devoverit, signum
Dominicae Crucis in fronte sua sive in pectore praeferat. Qui
vero inde voti compos ingredi voluerit, inter scapulas retro
ponat. Tales quippe bifariam operatione complebunt illud
domini praeceptum, quod ipse jubet per Evangelium: ‘Qui
non bajulat crucem suam et venit post me, non est me dignus.’”

ROMANAE RES NOVAE



FLAVIUS **EUTROPIUS**, *BREVIARIUM* 6.15–21

Annō AUC DCXCIII, Gāius Iūlius Caesar, quī postea imperāvit, cum Mārcō Calpurniō Bibulō cōsul est factus. Dēcrēta est eī Gallia et Illyricum cum legiōnibus decem. Is primum vīcit Helvētiōs, deinde vincendō per bella gravissima usque ad Ōceanum Britannicum prōcessit. Domuit intrā annōs ferē novem omnem Galliam. Britannīs bellum intulit, quibus antea nē nōmen quidem Rōmānōrum cognitum erat, eōsque vīctōs stīpendiārīōs fēcit. Germānōs trāns Rhēnum aggressus immānissimīs proeliīs vīcit.

Circā eadem tempora, annō AUC DCXCVII, Mārcus Licinius Crassus, collēga Gnaei Pompēii Magnī in cōsulātū secundō, contrā Parthōs missus est et cum circā Carrhās contrā ōmen et auspicia dīmīcasset, ā Orōdis rēgis duce, vīctus

Gallicus(?) scriptor qui floruit posteriori parte saeculi quarti et scripsit res gestas Romanorum ab Aenea usque ad Valentem Imperatorem (r. 364 – 378).

Ab urbe condita annus sescentesimus nonagesimus tertius = 59 aCn
C. Iulius Caesar (100 – 44 aCn)
M. Calpurnius Bibulus (102 – 48 aCn)
Decreta est ei a *Senatu*

Helvetii -orum *m* = populus Gallicus qui habitabant circum Alpes domare -uisse -itum : de-bellare, vincere
fere : plus minusve
in-ferre -tulisse -latum

stipendarius -i *m* = qui coactus est ut pecuniam tradere victori populo immanis -is -e = ingens, maximus

Ab urbe condita annus sescentesimus nonagesimus septimus = 53 aCn
M. Licinius Crassus (115 – 53 aCn)
Cn. Pompeius Magnus (106 – 48 aCn)
Parthus -i *m* = qui in Parthia habitant
Carrhae -arum *f* = urbs Anatolica
Orodes II = rex Parthiae (95 – 37 aCn)

reliquiae -arum *f* = id quod relictum
est post mortem
C. Cassius Longinus (85 – 43 aCn)

Bellum Civile (49 – 44 aCn)
ex-secrandus -a -um < ex-secrare
lacrim-abilis -is -e < lacrimare

C. Claudius Marcellus (88 – 40 aCn)
M. Porcius Cato (95 – 46 aCn)

Ariminum -i *n* = oppidum Italicum
con-gregare < grex

Pharsalus -i *m* = oppidum Graecum in
regione cui nomen est Thessalia
utrimque : in utraque parte
in acie : in exercitu

praetorius -i *m* = vir qui praetor fuerat
consularis -is *m* = vir qui consul fuerat

in unum *locum*

sub-igere -egisse -actum = superare
ad postremum = tandem
Alexandria -ae *f* = urbs Aegyptica
rex: Ptolemaeus XIII (61 – 47 aCn)

quo conspecto : cum Caesar caput
Pompeii viderat
fundere fūdisse fusum : lacrimare
gener -ri *m* = maritus filiae

interfectus est cum filiō. Reliquiae exercitūs per Gāium
Cassium Longīnum quaestōrem servātae sunt.

Hinc Bellum Cīvīle successit exsecrandum et lacrimābile.
Caesar enim rediēns ex Galliā victor coepit poscere alterum
cōsulātum. Contrādictum est tamen ā Mārcellō cōsule, ā
Bibulō, ā Pompēiō, ā Catōne, iussusque Caesar, dīmissīs
exercitibus, ad urbem redire. Propter quam iniūriam ab
oppidō Arīminō, ubi mīlītēs congregātōs habēbat, adversum
patriam cum exercitū vēnit. Cōsulēs cum Pompēiō
Senātusque ac nōbilitās ex urbe fūgit et in Graeciam trānsiit.
Ibī Senātūs contrā Caesarem bellum parāvit.

Caesar ferē vacuam urbem ingressus dictātōrem sē fēcit. Inde
Hispaniam petiit. Ibi Pompēiū exercitūs validissimōs et
fortissimōs superāvit. Inde regressus in Graeciam trānsiit et
adversum Pompēium ipsum dīmīcāvit. Apud Pharsālum
prōductīs utrimque ingentibus cōpiīs dīmīcāvērunt. Pompēiū in
acie mīlītēs plūrimōs tōtamque nōbilitātem, innumerōs
Senātōrēs, praetōriōs, cōsulārēs et quī magnōrum bellōrum
victōrēs fuissent habuit. Caesar in acie suā pauciōrēs.

Numquam adhūc Rōmānae cōpiae in ūnum neque maiōrēs
neque meliōribus ducibus convēnerant, tōtum terrārum orbem
facile subāctūrae, sī contrā barbarōs dūcerentur. Victus ad
postremum, Pompēius fugātus Alexandriā petiit ut ā rēge
Aegyptī acciperet auxilia, quī fortunam magis quam amīcitiā
persecūtus occīdit Pompēium, cuius caput et ānulum Caesarī
mīsīt. Quō cōspectō Caesar lacrimās fūdisse dīcitur, tantī virī
intuēns caput et generī quondam suī.

P. **VIRGILIUS** MARO, *AENEIS* 2.554–558

Haec finis Priamī fātōrum, hic exitus illum
555 sorte tulit Troiam incēnsam et prōlāpsa videntem
Pergama, tot quondam populīs terrīsque superbum
rēgnātōrem Asiae. Iacet ingēns lītore truncus,
āvulsumque umerīs caput et sine nōmine corpus.

FLAVIUS **EUTROPIUS**, *BREVIARIUM* 6.22–25

Mox Caesar Alexandriam vēnit. Ipsī Ptolemaeus parāre voluit
īnsidiās, quā causā bellum rēgī illātum est. Victus in Nīlō periit.
Alexandriā potītus, rēgnum dēdit Cleopatrae, Ptolemaei
sorōrī, cum quā stuprum habuerat. Rōmam regressus tertio sē
cōnsulem fēcit cum Mārcō Aemiliō Lepidō. Inde in Āfricam
profectus est, ubi nōbilitās cum Maurētāniae rēge bellum
reparāvit. Post multās dīmiciatiōnēs victor fuit Caesar. Catō,
Scīpiō aliīque sē occidērunt. Post annum, Caesar Rōmam
regressus quārtō sē cōnsulem fēcit et statim ad Hispāniam est
profectus, ubi Pompēiū filiū ingēns bellum parāvērunt. Multa
proelia fuērunt, ultimum apud Mundam civitātem, ubi filiōs
Pompēiū tandem vīcit. Ex filiīs maior occīsus est, minor fūgit.

Inde Caesar bellō civīlī compositō Rōmam rediit. Agere
īnsolentius coepit et contrā Rōmānae libertātis mōrem. Cum
ergō honōrēs ex suā voluntāte praestāret, quī ā populō antea
conferēbantur, nec Senātuī ad sē venientī assurgeret aliaque
rēgia et ferē tyrannica faceret, coniūrātum est in eum ā multīs
Senātōribus equitibusque Rōmānīs. Praecipuī duo Brūtī
fuērunt ex genere illius quī prīmus Rōmae fuerat cōsul et
expulerat rēgēs, et Gāius Cassius et Servilius Casca. Cum ad
Cūriam vēnit, Caesar vīginti tribus vulneribus cōnfossus est.

Italicus poeta (v. 70 – 19 aCn) et summus.

Priamus = Rex ultimus Troiae
exitus -us *m* : mors
pro-labi -lapsus sum

Pergama -orum *n* = pars Troiae

regnator -oris *m* = rex
in litore
truncus -i *m* = cadaver sine capite

Cleopatra -ae *f* (69 – 30 aCn)

stuprum -i *n* = amor foedus

M. Aemilius Lepidus (89 – 12 aCn)

dimicatio -onis *f* = proelium

Q. Caecilius Metellus Pius
Cornelianus Scipio Nasica (100 –
46 aCn)

bello civili composito : post bello civili
finem dedit
insolenter *adv* = superbe, arroganter

praestaret : daret

aliaque *acta* regia et fere tyrannica
coniuratum est : coniuratio fit

M. Iunius Brutus (85 – 42 aCn)
D. Iunius Brutus Albinus (85 – 43 aCn)

C. Cassius Longinus (88 – 42 aCn)
P. Servilius Casca (84 – 42 aCn)
confodere -disse -ssum : cultro necare

*Africanus scriptor (v. 69 – 125) vitarum
duodecim Caesarum ab Iulio Caesare usque
ad Domitianum.*

Spurinna -ae *m* = Etruscus haruspex
qui admonuit Caesarem ut
caveret Idus Martii

Idus : Idus Martii

specie officii : simulantes se velle de
officio publico colloqui
L. Cimber Tillius (v. c. 100 – 42 aCn)

gestus -us *m* = motus qui fit manu

P. Servilius Casca (84 – 42 aCn)

graphium -i *n* = instrumentum quo
litterae scribuntur

pro-silire -siluisse -sultum = pro-
rumpere

pugio -onis *m* = instrumentum quo
homines confodiuntur

plaga -ae *f* = vulnus a pugione factum

edito : dicto

servolus -i *m* < servus

fuerat animus : voluerant

occisi : hominis mortui

publicare = rapere et ponere in
aerarium publicum

Marcus Antonius (83 – 30 aCn)

Marcus Aemilius Lepidus (89 – 12 aCn)

Lucius Cornelius Piso (100 – 43 aCn)

testamentum -i *n* : quod relictum est a
mortuo et explicat voluntatem

in Lavicano : in villa quae est sita in

Lavico, oppido Latino

de-mandare = aliquid dare ut servetur

Vestalis maxima = prima Vestalium

Quintus Aelius Tubero (74 – 10 aCn)

heres -redis *m* = is cui e testamento
est beneficium

pro contione : in contione

C. SUETONIUS TRANQUILLUS, *VITA DIVI IULII* 81.4–83.1

Dein introiit Curiam Spūrinnaeque irrīdēns et ut falsum
arguēns, quod sine ūllā suā noxā Īdūs Mārtiae adessent; is
vēnisse quidem eās dīceret, sed nōn praeterisse.

Assidentem cōspirātī speciē officii circumsteterunt, ilicōque
Tillius Cimber, quasi aliquid rogātūrus, propius accessit
renuentūque et gestū in aliud tempus differentū ab utrōque
umerō togam apprehendit. Deinde clāmāntem, “Ista quidem
vīs est!” Casca āversum vulnerat paulum ĩnfra iugulum. Caesar
Cascae braccium arreptum graphiō trāiēcit cōnātusque
prōsilire aliō vulnere tardātus est; utque animadvertit undique
sē strictis pūgiōnibus petī, togā caput obvolvīt, simul sinistrā
manū sinum ad ĩma crūra dēdūxit, quō honestius caderet.

Atque ita tribus et vīgintī plāgīs cōnfossus est ūnō modo ad
prīmum ictum gemitū sine vōce ēditō, etsī trādidērunt quīdam
Mārcō Brūtō irruentī dīxisse, “Καὶ σὺ, τέκνον?” Exanimis
diffugientibus cūctis aliquamdiū iacuit, dōnec in lecticā
impositum, dēpendente brācchiō, trēs servolī domum
rettulērunt. Nec in tot vulneribus lētāle ūllum repertum est, nisi
quod secundō locō in pectore accēperat. Fuerat animus
coniūrātis corpus occīsī in Tiberim trahere, bona pūblicāre,
āctaque rescindere, sed metū Mārcī Antōnī cōsulis et magistrī
equitum Lepidī dēstitērunt. Postulante ergō Lūciō Pīsōne
socerō testāmentum eius aperītur recitāturque in Antōnī
domō, quod Īdibus Septembribus proximīs in Lavīcānō suō
fēcerat dēmandāveratque Virginī Vestālī maximae. Quīntus
Tūberō trādit hērēdem fuisse usque ad initium cīvīlis bellī
Gnaeum Pompēium, idque mīlitibus prō contione recitātum.

GUILLIELMUS **SHAKESPERIUS**, *JULIUS CAESAR* 82–116

(TR. GEYSER)

A Quirītēs, cīvēs amantissimī, iam aurēs adhibēte mihimet!
 Ut tumulem, nōn ut collaudem Caesarem hūc veniō.
 Rēs bene gestae tumulantur cum corporibus,
 85 sed male gestae superesse solent hominī;
 sic fiat Caesarī. Nam Brūtus, homō nōbilis,
 ambitiōsum dīxit exstitisse Caesarem.
 Sī tālis fuit, scelus fēcit maximē nefārium,
 et poenās solvit perquam maximās.
 90 Cum Brūtī atque reliquōrum veniā —
 nam Brūtus vir est honestissimus;
 sunt omnēs illī virī honestissimī —
 ut loquerer hūc vēnī Caesaris in fūnere.
 Amīcus fuit mihi, iūstus, fidēlissimus.
 95 Ambitiōsum tamen Brūtus hunc fuisse asserit;
 et Brūtus vir est honestissimus.
 Captīvōs Caesar dūxit Rōmam plūrimōs,
 Aerārium redēptiōnis unde terget pretiō:
 an haec in Caesare ambitiō vīsa est?
 100 Cum pauperēs clāmārent, Caesar fūdīt lacrimās;
 ex dūriōre rē cōnflanda est ambitiō.
 Ambitiōsum tamen Brūtus eum exstitisse iūdicat,
 et Brūtus vir est honestissimus.
 Vidistis omnēs mē in Lupercālībus
 105 ter obtulisse diadēma Caesarī,
 ter illud respuit. An haec ambitiō?
 Ambitiōsum tamen hunc fuisse Brūtus asserit,
 et certē Brūtus vir est honestissimus.
 Nōn loquor ut cōnfūtem quod locūtus Brūtus est,
 110 sed assum hīc ut id quod sciō ēloquar.

*Anglus scriptor fabularum (v. 1564–1616).
 Antonius Franciscus Geysler, SJ, (fl. c. 1935)
 fuit Americanus professor Latinus qui
 multa carmina in linguam Latinam vertit.*

ad-hibere -buisse -bitum

tumulare = sepelire
 col-laudare = laudes in aliquem ferre

exstare = enitere

nefarius -a -um < nefas

perquam : maxime

asserere -ruisse -rtum : accusare

tergere : augere

conflare = fabricare

iudicare = iudicium facere et
 pronuntiare

Lupercalia -ium *n* = dies festi c. 15

Februarii celebrantur

diadema -atis *n* = corona

respuere -uisse -utum : negare

con-futare = refutare, dicere falsum

diligere = carum aestimare, amare

obsecrare = orare, precari

brutus -a -um : ferox, saevus

belua -ae *f* = bestia

vecors -rdis = insanus

en = ecce

feretrum -i *n* = res supra quam fertur
cadaver priusquam bustum est

reparata : renovata

eos : Senatores

hostis *populi Romani*

C. Vibius Pansa (v. 95 – 43 aCn)

A. Hirtius (v. 90 – 43 aCn)

quare : quam ob rem

Hirtius *ex vulnere perisset* in acie

increbescere -buisse = maior fit

orbatus -a -um : homo qui aliquem
mortuum amisit et ob hoc luget

occupare : habere, imperare

in-dere : ad-dere

sus-cipere -cepisse -ceptum

Lepido operam dante = Lepidus
laboravit ut pax fieret

Nōn sine causā quondam dilēxistis Caesarem;

quae causa, obsecrō, nunc vōs plōrāre prohibet?

Ō ratiō, ad brūtās tū fūgistī bēluās,

vēcordēs iam sunt hominēs... Sufferte mē:

115 Ēn! Meum iacet cor in istō feretrō cum Caesare,
et dōnec redeat quiēscere necesse est.

FLAVIUS **EUTROPIUS**, *BREVIARIUM* 7.1

Interfectō Caesare, cīvīlia bella reparāta sunt; percussōribus enim Caesaris Senātus favēbat. Antōnius cōsul partium Caesaris cīvīlibus bellīs opprimere eōs cōnābātur. Ergō, turbātā rē pūblicā, multa Antōnius scelera committēns ā Senātū hostis iūdicātus est. Missī ad eum persequendum duo cōsulēs, Pānsa et Hirtius, et Octāviānus, quem Caesar testāmentō hērēdem reliquerat et nōmen suum ferre iusserat. Hī ducēs vīcērunt Antōnium. Ēvenit tamen ut victōrēs cōsulēs morerentur — quārē trēs exercitūs ūnī pārūrunt.

C. **SUETONIUS** TRANQUILLUS, *VITA DIVI AUGUSTI* 11

Hōc bellō cum Hirtius in aciē, Pānsa paulō post ex vulnere perīssent, rūmor incrēbruit ambōs operā Octāviānī occīsōs ut, rē pūblicā cōsulibus orbātā, sōlus exercitūs occupāret. Pānsae quidem suspecta mors fuit, quasi venēnum vulnerī indidisset.

FLAVIUS **EUTROPIUS**, *BREVIARIUM* 7.2

Fugātus Antōnius, āmissō exercitū, cōnfūgit ad Lepidum, quī Caesaris magister equitum fuerat et tum mīlitum cōpiās grandēs habēbat, ā quō susceptus est. Mox Lepidō operam dante Caesar Octāviānus pācem cum Antōniō fēcit et quasi

vindicātūrus patris suī mortem, ā quō per testāmentum fuerat adoptātus, Rōmam cum exercitū profectus extorsit ut sibi vīcēsīmō annō cōsulātus darētur.

L. ANNAEUS **FLORUS**, *EPITOME HISTORIAE ROMANAE* 2.16

Triumvirātus invāditur, oppressāque armīs rē pūblicā redit Sullāna prōscriptiō, cuius atrōcītās nihil īsignius habet quam numerum centum et quadrāgintā Senātōrum. Exitūs foedī, trucēs, miserābilēs tōtō terrārum orbe fugientium. Rōmae capita caesōrum prōpōnere in rōstrīs iam ūsitātum erat; vērūm sīc quoque cīvītās lacrimās tenēre nōn potuit, cum recīsum Cicerōnis caput in illīs suīs rōstrīs vidērētur, nec aliter ad videndum eum quam solēbat ad audiendum concurrerētur. Haec scelera in Antōniū Lepidīque tabulīs: Caesar percussōribus patris contentus fuit.

FLAVIUS **EUTROPIUS**, *BREVIARIUM* 7.1–3

Intereā Brūtus et Cassius, interfecōrēs Caesaris, ingēns bellum mōvērunt. Erant enim per Macedoniam et Orientem multū exercitūs quōs occupāverant. Profecti sunt igitur contrā eōs Octāviānus et Antōnius (remānserat enim ad dēfendendam Italiam Lepidus). Apud Philippōs contrā eōs pugnāvērunt. Prīmō proeliō victi sunt Antōnius et Caesar, periit tamen Cassius, secundō Brūtum et īfīnītā nōbilitātem, quae cum illīs bellum gesserat, victam interfecērunt. Ac sīc inter eōs dīvīsa est rēs pūblica, ut Octāviānus Hispāniās, Galliās et Italiam tenēret, Antōnius Asiam, Pontum, Orientem. Sed in Italiā Lūcius Antōnius cōsul bellum cīvīle commōvit, quī cum Octāviānō contrā Brūtum et Cassium dīmīcāverat. Is apud Perusium victus et captus est, neque occīsus.

ex-torquere -rsisse -rsum : efficere

Hispanicus poeta, rhetor, scriptorque rerum gestarum Romanorum (v. 75–130). Epitome eius multum ex Livio continet.

triumviratus -us *m* < tres+viri

Sullanus -a -um < Sulla
proscriptio -onis *f* = post bellum civile
caedes inimicorum ab victoribus
centum et quadraginta = 140
exitus -us *m* : mors
trux -cis = horribilis, atrox
caesus -a -um = necatus, interfectus
usitatus -a -um = solitus
recisum ... caput = caput quod ex
cadavere sepositum est

tabulis *proscriptionis*
Caesar *Octavianus*
percussor -oris *m* = necator, sicarius

movere movisse motum : incitare

occupaverant : tenuerant

Philippi -orum *m* = oppidum
Macedoniae

infinitus -a -um = maximus numerus

Lucius Antonius (fl. 41 aCn), frater
Marci triumviri

Perusium -i *n* = oppidum Tusciae

in plurimos *captivos*

una voce : eodem responso
occurrens : respondens
trecenti -ae -a = CCC (300)
dediticius -i *m* = qui in bello captus est
utriusque ordinis = et Senatorum et
equitum

luxus -us *m* = luxuria
libido -inis *f* = furiosus amor
regius -a -um < rex
reficere -fecisse -factum = restituere

non sibi, *sed Cleopatrae*

fascies -ium *m* = signum auctoritatis
Romanae
desciscere = ad aliam partem deficere
acinaces -is *m* = gladium breve

litus -oris *n* : ubi aqua occurrit terrae

numerum magnitudo pensabat : naves
habebant paucas, sed magnas
moles -is *m* = magnitudo
exitio fuit : fert in eos exitium
puppe : nave

instare *infhist* = instabat
occupavit : sumit
pro-volvere -volvisse -volutum

triumpho : ut duceretur in triumpho

iuxta suum Antonium se collocavit

morte ... soluta est = mortem obiit

armorum : bellorum

C. SUETONIUS TRANQUILLUS, *VITA DIVI AUGUSTI* 15

Perusiā captā in plūrimōs animadvertit, ōrāre veniam vel
excūsāre sē cōnantibus ūnā vōce occurrēns: moriendum esse.
Scrībunt quīdam trecentōs ex dediticiīs ēlēctōs utriusque
ōrdinis ad āram Dīvō Iūliō extractam Īdibus Mārtiīs hostiārum
mōre mactātōs.

L. ANNAEUS FLORUS, *EPITOME HISTORIAE ROMANAE* 2.11–12

Furor Antōnii luxū et libīdine extīnctus est. Captus amōre
Cleopatrae in rēgiō sē sinū reficiēbat. Hinc mulier Aegyptia ab
ēbriō imperātōre pretium libīdinum Rōmānum imperium
petit; et prōmīsit Antōnius. Igitur coepit nōn sibi
dominātiōnem parāre nec tacitē; sed patriae, nōminis, togae,
fascium oblītus tōtus in mōnstrum dēsciverat. Aureum in manū
baculum, in latere acīnacēs, purpurea vestis ingentibus
obstricta gemmīs: diadēma solum dēerat.

Caesar ā Brundisiō trāiēcit ut venientī bellō occurreret et lītus
Actiacum classe succīnxit. Nōbīs quadringentae amplius nāvēs,
ducentae minus hostium; sed numerum magnitūdō pēnsābat,
quae quidem ipsa mōlēs exitiō fuit. Prīmum rēgīna cum aureā
puppe vēlōque purpureō in altum dedit. Mox secūtus
Antōnius, sed īnstāre vestīgīs Caesar. Prior ferrum occupāvit
Antōnius, rēgīna ad pedēs Caesaris prōvolūta temptāvit oculōs
ducis. Frūstrā quidem. Dēspērāvit servārīque ā prīncipe sē
triumphō vīdit, in mausōlēum (sepulchra rēgum sīc vocant) sē
recēpit. Ibi iuxtā suum sē collocāvit Antōnium admōtīsque ad
vēnās serpentibus sīc morte quasi somnō solūta est.

Hic finis armōrum cīvīlium.

P. VIRGILIUS MARO, AENEIS 8.694–716

Stūpea flamma manū tēlīsque volātile ferrum
695 spargitur, arva novā Neptūnia caede rubēscunt.
Rēgīna in mediīs patriō vocat agmina sīstrō,
necdum etiā geminōs ā tergō respicit anguēs.
Omnigenūmque deūm mōnstra et lātrātor Anūbis
contrā Neptūnum et Venerem contrāque Minervam
700 tēla tenent. Saevit mediō in certāmine Māvors
caelātus ferrō, trīstēsque ex aethere Dīrae,
et scissā gaudēns vādīt Discordia pallā,
quam cum sanguineō sequitur Bellōna flagellō.
Actius haec cernēns arcum intendēbat Apollō
705 dēsUPER; omnis eō terrōre Aegyptus et Indī,
omnis Arabs, omnēs vertēbant terga Sabaeī.
Ipsa vidēbātur ventīs rēgīna vocātūs
vēla dare et laxōs iam iamque immittere fūnēs.
Illam inter caedēs pallentem morte futūrā
710 fēcerat ignipotēns undīs et Iāpyge ferrī,
contrā autem magnō maerentem corpore Nilum
pandentemque sinūs et tōtā veste vocantem
caeruleum in gremium latebrōsaque flūmina vīctōs.
At Caesar, triplicī invectus Rōmāna triumphō
715 moenia, dīs Italīs vōtum immortalē sacrābat,
maxima ter centum tōtam dēlūbra per urbem.

Q. HORATIUS FLACCUS, CARMINA 1.37

Nunc est bibendum, nunc pede liberō
pulsanda tellūs, nunc Saliāribus
ōrnāre pulvīnar deōrum
tempus erat dapibus, sodālēs.

His in versibus describit clipeum qui datus est Aeneae ab Vulcano, deo et deūm fabro.

stupeus -a -um < stupa -ae f = res qua
sagittae fiunt sagittae igneae
spargitur : funditur
arva ... Neptunia = mare
rubescere -buisse = ruber fieri
sistrum -i n = instrumentum musicale
Aegypti et signum auctoritatis
anguis -is m = serpens
omni-genus -a -um
latrator -oris m = qui loquitur ut canis
Anubis -is m = deus Aegypti

Māvors -rtis m = Mars

caelatus -a -um = obscurum, invisibilis
Dīrae -arum f = deae ultionis
scindere -idis -issum : rumpere
palla -ae f = vestimentum quod gerunt
feminae supra umeros
Bellona -ae f = dea belli
Actius -a -um < Actium

Sabaeus -i m = qui habitabant in
paeninsula Arabiana

laxus -a -um <-> strictus

ignipotens -ntis : Vulcanus
Iapyx -ygis m = deus ventorum

latebrosus -a -um < latere

triplex -icis < tres
per Romana ... moenia

ter centum : trecenta = CCC (30)
delubrum -i n = templum, aedes

Italicus poeta (v. 65 – 8 aCn) qui quondam pugnabat contra Augustum Philippis, sed postea factus est amicus principis.

nunc est bibendum : tempus bibendi

Saliaris -is < Saliī (= sacerdotes
Martis; nomen ex verbo 'salire')
pulvīnar -aris n = lectus in quo signa
deorum ponuntur
daps dapīs f = convivium sacrum

antehac : ante hoc tempus
nefas *fuisse*
depromere : sumere
Caecubus -a -um : genus vini
e cellis avitis : e paternis conclavibus
quo conditum est vinum
funus -neris *n* = mors

quidlibet : aliquid

sospes -is = salvus

lymphatus -a -um = furens, insanus
Mareoticus -a -um < Mareota -ae *f*
(= pars inferioris Aegyptis)

accipiter -teris *m* = avis ferox

mollis -is <-> durus
lepus leporis *m* →
nivalis -is < nix nivis *f*



generosius *adv* < generosus (= nobilis)

muliebriter *adv* < muliebris (< mulier)

expavescere -visse = incipere metuere

oras reparare = oras petere

serenus -a -um <-> anxius
asper -pera -perum <-> blandus
tractare *freq* < tangere

com-bibere : bibere

deliberare : cogitare

Liburna -ae *f* = genus navis parvum

5 Antehac nefas depromere Caecubum
cellis avitis, dum Capitoliō
rēgina dementēs ruīnās
fūnus et imperiō parābat
contāminātō cum grege turpium
10 morbō virōrum, quidlibet impotēns
spērāre fortūnāque dulcī
ēbria. Sed minuit furōrem
vix ūna sospes nāvis ab ignibus,
mentemque lymphātam Mareōticō
15 redēgit in vērōs timōrēs
Caesar, ab Italiā volantem
rēmīs adurgēns, accipiter velut
mollēs columbās aut leporem citus
vēnātor in campīs nivālis
20 Haemoniae, daret ut catēnīs
fātāle mōnstrum. Quae generōsius
perīre quaerēns nec muliebriter
expāvit ēnsem nec latentēs
classe citā reparāvit ōrās,
25 ausa et iacentem vīsere rēgiam
vultū serēnō, fortēs et asperās
tractāre serpentēs, ut ātrum
corpore combiberet venēnum,
dēliberātā morte ferōcior:
30 saevīs Liburnīs scīlicet invidēns
prīvāta dēducī superbō,
nōn humilis mulier, triumphō.